



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Tractatus De Brevissima Ad
Perfectionem Via: Hoc Est, De Perenni divinæ voluntatis intentione,
executione, apprehensione

Druzbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066340

Caput I. Perfectio in quo consistat? quid requirat? quàm varia ad illam
tendentium genera

urn:nbn:de:hbz:466:1-45352

CAPUT Procœmiale & I.

*Perfectio in quo consistat? quid requirat?
quàm varia ad illam tendentium
genera.*

1.

Perfectio Christiana veraque Sanctitas consistit in unione cum Deo, omnis perfectionis atque Sanctitatis fonte, principe, largitore: quæ unio sicut potest esse major, & minor, & maxima, ita potest esse perfectio major, minor, maxima. Quemadmodum enim nihil bonum est nisi Deus, vel quod à Deo est, in tantumque omnia sunt aut bona aut optima, in quantum à Dei multum plurimumque bonitate participant, (sicut etiam in tantum aliqua sunt mala aut pessima, in quantum plus aut penitus, ampliusque à Divinâ bonitate recedunt) nihil quoque perfectum est, nisi vel Deus, vel quod de Divinâ perfectione communicat, sive illi unitur; in tantumque omnia sunt, aut perfecta, aut perfectissima, in quantum ad Dei perfectionem plenè aut plenissimè accedunt, & illi adjunguntur.

2.

Unde fit, ut omnes illi, quicumque ad consecrationem perfectionis vocantur, vocentur continuo ad consecrationem Divinæ Unionis. Et quia Divina Unio supponit, & prærequirit, necessariò, accessum perfectionemque ad DEUM, ideò necesse est, volentem DEO uniri, ad Deum accedere, atque proficisci: perfectio porro ista requirit viam; quare festinanti ad unionem DEI, opus est cognitione viæ ad eam unionem ducentis; atque hîc Rhodus est & saltus, pro Sanctita-

tis

lis perfectionisque, ac unionis divinæ professoribus, & sectatoribus. Sæpe enim quibus bene velle non deficit, bene ire valdè deficere consuevit; fitque ut (multum miserando eventu) multi etsi bonum finem habere videbantur, errore viæ decepti, ad malum deveniant terminum; alii non malam quidem ingressi viam, longam tamen, & anfractibus, mæandrisque impertinentibus plenam, prius ad mortem, quàm ad metam pertingant; rarissimi verò brevem & tutam adepti viam, curriculo & quasi compendio ad destinatum optatumque perfectionis & unionis divinæ pertingant scopum.

CAPUT II.

Cur multi, quanquam Perfectionis studium professi, eam tamen non assequantur?

AC mihi quidem, hanc quærentium perfectionem, varietatem identidem perpendenti, causamque investigare cupienti, hæc duo potissimum examinatione diligenti digna visa sunt. 1. Ecquid tandem sit, quod homines perfectionis aliqui studiosos (cerrè illi quærendæ natos & devotos) impediat, quo minus ad unionem divinam (hoc est, ad perfectionem summam) vel aliquando vel cito perveniant. 2. Esetne aliqua brevis, tuta, constans, & omnino absoluta, immediateque ad DEUM, & ad ejus unionem ducens, via.

Atque quantum attinet ad illud; Ecquid impediat homines, quominus ad Deum, ejusque Unionem perveniant? sentire mihi in mentem venit, causam hujusce mali aliam non esse, quàm

A 2 quia

Drux
Gixi
2.21.1000
a ml
Te V
96

L.
rat?
ctitas
omnis
onte,
t po-
otest
uem-
s, vel
nt aut
altum
etiam
quan-
â bo-
n est,
tione
nque
a, in
enis.
con-
entur
onis,
, ne-
UM,
eum
o ista
DEI,
cen-
tita-
tis